



DE MOTV MIXTO, QVO CORPORA SPHAEROIDICA SVPER PLANO INCLINATO DESCENDVNT.

AVCTORE

DANIELE BERNOULLI.

*Excerpt. ex Epistola data ad Georg. Wolffg.
Krafft, Basileae d. 15 Aprilis st. n. 1741.*

§. 1.

Lemma

Tab. 1. **S**it A E D F Circulus, cuius centrum B; ducatur Dia-
Fig. 1. meter AD et Tangens AG; sit C centrum oscilla-
tionis, quod circulo proposito competeret, si suspende-
retur ex puncto A. Sit massa totius circuli = M, et
putetur centrum grauitatis in ipso centro circuli positum:
tum concipiatur in A applicata potentia tangentialis ex-
pressa per AG; dico huius effectum fore vt sequitur:
1.) Rotatio fiet, non in centro B, sed in puncto C
supra definito, quod adeo durante rotatione minima im-
motum manebit, dum punctum D progredietur versus F,
et punctum A versus G. 2.) Deinde punctum A eam
velocitatem acquirat a potentia AG, ac si circulus om-
ni massa esset destitutus, et in puncto A massa esset con-
centrata, quae sit $= \frac{BC}{AC} \times M$. Demonstrationem huius
propositionis colligere est ex propositione multo generaliori,
quam demonstraui in Dissertatione: *De Motu corporum a
percuSSIONe excentrica*, &c. §. 10.

§. 2.